**A**ntiocho autem secunda perfectione lxxij in egyptum parante contigit per totam ciuitatem iherosolymam diebus xl. videri equos per aera discurrentes habentes auratas stolas et hastas quasi cohortes armatas et cursus equorum per ordines digestos et congressiones fieri communis et scutoz motus et galeatorum multitudinem gladijs distinctis et iactus telorum et aureorum armorum splendore. omnibusque quibus loricatorum. Post hec iason cum mille viris apprehensa ciuitate obsedit menelaum in arce. Et utinam victus refugit amantiam. et inde ab aretha arabum tyranno expulsus est in egyptum. Et tandem apud lacedaemonios mortuus est. sepultura neque peregrina usus. Postquam autem expulsus est antiochus ab egyptiis venit in iudeam et expoliavit templum. et posuit in arce presidium macedonum et reuersus est in transiam. Antiochus enim suspiciens iudeos se deserturos. et armis cepit ciuitatem et iussit fieri cedes senum et iuuenum mulierum et infantium. Interfecta sunt ergo in triduo lxxx milia et xl. milia vincula. et non minus venudata. ablatis

qz de templo tribz milibz octingentis talentis egressus est antiochia. *Justinus. De 2<sup>a</sup> repulsiōe antiochi et obsidione alexandrie*

**P**ost bienniu rursu cont ptholomeu congregauit exercitu. *Justinus. De 2<sup>a</sup> repulsiōe antiochi et obsidione alexandrie et de basteranax sumerisioe. Cap lxx.* Ost bienniu rursu cont ptholomeu congregauit exercitu. *Justinus. Antiochi ptholomeo maioris sororis sue filio regi egypti bellu infert segni admodu cotidiana luxuria ita marcenti ut no solu regie maiestatis officia intrinnet veru etia sensu hois nimia sagina careret. Pulsus igit regno ad fratrem minore ptholomeu alexandria confugit. Ptiapato qz cu eo regno legatos roma ad senatu mittit. Cu ergo duo fratres ptholomei obsiderent alexandrie ab auiculo suo venere romanor legati. quoz vn<sup>us</sup> marcus popilius lenas excede eu ab egypto iubet. Cu aut rex ostulu ei obtulisset. na me ceteros coluerat popiliu cu rome obses fuerat. popilius faceste interu priuata amiciaa iubet. cu mandata patrie intercedant. Prologoqz et senatus decreto et tradito cu autari eu videt. consultacioneqz ad amicos referre. virga qua in manu gerebat amplo circulo inclusu ut amicos caperet consule eos iubet nec plus egredi eos inde qm vrsu senatu daret. a pacē aut bellu cu romanis habituru *Theonius sup danuelem.* Cu feasset pompilius orbē in harenis baculo que tenebat manu. na iuenerat regē stantē in litore et circūscripsisset eū. dixisse ferā. Senatus et popilius romanus precipiūt ut in isto loco rindeas. quid silij geras. Quibz dictis ptervitus antiochus dixit. Si hoc placet senatu et populo romano recedendu est. Non legatu locutu. sed curia ipaz ante oculos posita credens. Post bienniu atqz templu spoliauerat antiochus misit in iherlm qui tributa exigeret a iudeis et auferrent cultu dei. et in templo iouis olympij simulachru et antiochi statuas ponerent. *Eusebius.* Eo tpe apud macedones regnauit ptes *Orosius* hys tpebz lepido et murio consulibz basteranax rui gens feruissima auctore pseo philippi filio predax spe sollicitata et triseudi histri fluminis facultate sine ulla pug-*

na vel aliquo hoste deleta est. Nam tūc forte danubius qui et hister crassa glacie supstratus pedestre trāsitu facile paebeatur. Itaqz cu iprouide toto et maxio siml agmine iestimabilis hoim et equoz multitudo trāsiret. enormitate ponderis et concussione gradientu contrepans gelu. et glacialis crassa dissiliuit. Vniuersuqz agmen qd diu sustinuerat medys gurgitibz victa tandē et cominuta destituit atqz eadē rursus fragmentis ipedientibz submersit. Pauca ex oi populo per vtrāqz ripā vix conassis visceribz euaserūt. *Justinus. De subuersione regni macedonis p ronos et ennio poeta. Caplin lxxvi.* Eo tpe amissu est bellu macedoniu cu int pseu et romanos. ubi fuerūt in auxilio pseu. sordida galli histria ni et dati. Qui dati soboles getaru sunt. Qui cu orole rege aduersus basteranax male pugnassent. ad ultionē segnicie capturi sopnu capita loco pedu pone iussu regis cogebant. misteriaqz vxoribz que ipsis ante fieri solebant face. Neqz enī hec ante mutata st. qz ignominia bello accepta virtute delerent. Interea paulus emilius a romanis consul creat. cui extra ordinē macedoniu bellu decernit. *Valerius.* Huic cu sorte euenisset ut bellu cum psa rege gereret reuertens domu e curia saliam osculatu triste aiaduertit. Causam cu queret illa rudit. psam perisse. Decesserit aut catellus que in delicijs habitauerat noie psa. Ex quo fortuito dicto. et tam spem clarissimi triumpho aio p sup sit. *Justinus.* pridie anteqz preliu csereret luna nocte defecit. id portentū pseo oibz presagantibz. finēqz macedonia regni potendi vaticinantibz. In ea pugna marci catho oratoris filius. dū int fortissimos hostes insignit dimittat equo delapsus pedestre preliu aggredit. Nā cadentem manipulus hostiu cu horrido clamore veluti iacentē obtrūcturus circūsteterat. At ille cia corpe collecto magnas strages edidit. Cu ad illu vnu opprimēdū vndiqz hostes conuolaret. dū quēdā pteru peayt. gladius ei e manu elapsus in media cohorte hostiu decidit. ad que

recupandū vmbone se protegens inspectan-  
te utroq; exatu int̄ hostiū mucrones sese i-  
mersit. recollectoq; gladio multis vulneri-  
bz exceptis ad suos cū clamore hostiū ven-  
tit. Huius audaciā ceteri imitati victoriā  
peperit. Pseus rex fuga cū decē milibz talē  
toy samotracia fert. Quē gneus octavius  
ad psequendū missus a consule cū duobz  
filijs alexandro et philippo cepit. captiq;  
ad consule rediit. **Prosus** In eo prelio  
xx milia peditū de pte pseis interfecta sūt.  
Rex cū equitatu subterfugit. sed cōtinuo  
captus atq; in triūpho cū filijs aū currū  
actus est. Et post apud albā in custodia de-  
fect. filij ei; iunior fabricā erariā ad to-  
lerandā inopiā rome didicit. ibiq; cōsūp-  
tus est. **Eusebius in cronias.** Igit̄ anno philo-  
metoris xij. antiochi vō epyphanis viij.  
macedonū regnū defeat. Eodē anno eni;  
poeta lxx maior annis. articulari mor-  
bo perijt. sepultus in sapionis monumē-  
to via appia. intra p̄mū ab vrbe miliar-  
iū. Quidā ossa ei; vridiā ex ianiculo trās-  
lata affirmat. **Comestor. De impietate an-  
tiochi in iudeos et zelo mathathie. Cap**

**A**ntiochus aut̄ ab egipto lxxvij.  
repulsus per nūcios romanorū  
rediit in iherosolimam cū furore et ape-  
ruerūt ei portas fauentes sibi. Et int̄emūt  
cōtraria sentientes. et exspoliavit tēplū  
menelao ductore. tollens vasa. et posuit i  
templo ydolu iouis olympiaci vel hospi-  
talis. Oblaciones moysaicas fieri. phibuit.  
altare encū amouens. et carnē suillam  
eodē et ydolo imolare coegit iudeos. arcē  
quoq; munuit in ciuitate dauid. in q̄  
posuit p̄sidiū macedonū q̄ iudeis in oi-  
bz erant inhumani. Nā quoscuq; circū-  
disse filios suos repperissent suspendebāt  
et puulos ad colla eoz. Videntes autem  
samarite iudeos hec pati. de consuetudinē  
nature sue se non eē cognatos iudeoz fa-  
tebant. et q̄ hacten; predicauerāt tēplū  
sup garizim dei eē maximū negauerūt.  
Tunc multi iudeoz sponte quidā tōre  
iussa regis secuti sūt. Probati vero pa-  
trij legibz adheserūt. Erat autē vir de  
modin sacerdos noīe mathathia de vice  
ioari. Erantq; ei filij q̄nq; iohēs symon

iudas eleazarus et ionathas. Hī viden-  
tes mala induti taliajs planxerūt. Et ve-  
nerūt emissarij directi a rege in modin  
statuentes ydola. Tunc quidā ex iudeis i-  
molauit in medio. Et surgens mathathi-  
as cū suis trauadavit eū sup arā et nū-  
os regis int̄emūt. Aram quoq; deponens  
clamauit. Qui dei est sequat̄ me. et cum  
omni tribu sua erit in solitudine confu-  
gens et oīa relinquens. Multiq; cū filijs  
et vxoribz ad solitudinē confugerūt male-  
tes herbis uti q̄ inquinari. Tūc emissari-  
ij regis aggressi sūt eos in diebz sabbator  
quibz nefas erat eis arma mouē et pau-  
serūt quosdā. alios in speluncas globis  
fumiferis suffocantes. Et perierūt ex eis  
l' milia. Plures autē ex eis libati aduicti  
sūt mathathie. et eū iudicē statuerūt. Qui  
docuit eos pugnare in sabbatis dicens. Si  
sup hoc legem seruauitis eritis hostes le-  
gis dantes causā ut pereat pplus dei et lex  
cū pplō peribit. Anno vno hūc gessit ma-  
gistratū et mortuus est. Sane in pphana-  
tione antiochi cū cogereēt iudei a patrij  
legibz recedē due mulieres delate sūt na-  
tos suos arādisse. Quas infantibz ad u-  
bern suspensis. cū publice per ciuitatē cir-  
cūduxissent carnifices per muros p̄cipita-  
uerūt. Eleazar; quoq; vn; de p̄moribz scri-  
barū et etate p̄uectus apto ore hians cō-  
pellebat suillas et carnes sacrificij man-  
ducare. Quidā vō vetēs ei; amia carnes  
liatas secreto afferentes. rogabant ut simu-  
laret se ad impiū regis manducare. qd̄  
rēnuens aiebat. Adolescentibz potius exē-  
plū forte derelinquā. et plagis pemptus  
mēoria v̄tutis deliquit. **De septē matha-**

**On beis m̄ribz. Cap lxxvij.**  
**Q**uiguit autē et septē fr̄es vna cū m̄re  
apprehensos cōpelli a rege ad esū  
carnis porcine. Quibz rēnuentibz iussit  
rex corā eis sartagine et ollas igneas  
succendi. et p̄mogenito linguā amputa-  
ri. Cui; autē capitis abstracta et sūmitate  
pedū et manū p̄cisa corā m̄re et fr̄i-  
bz missus in sartaginē torquebat. In eū-  
dē modū singuli fr̄atru ad ordinē genitē  
torquebant. p̄missa tū vnicuiq; exhorta-  
tione ut regi obediret et viueret. **Supra**

modū mater mirabilis singulos hortabat  
ad martiriū. que et ipsa nouissime post fi-  
lios defuncta est. Pro hac tanti prerogati-  
ua martirij asserunt plurimi de hys sep-  
te fratribz etiam sollempnitate. **Johes iusto**  
**i Simone de machabeis d.** Sepe quidē mī-  
si videat filiū seculis estuare ita perturbat  
ut ardores illi cupiat in sua membra  
trāsferre et sanitatē suā in filiū trāsfundē.  
Et nūc vā sit in cūctis mōibz talis affectio.  
manifestū est qd mater illa septē macha-  
beoz grauius in supplicijs filioz punieba-  
tur qd si ipa pateret. Et maior erit passio  
in matris visceribz qd in filioz corpibus.  
O amarissimū illud et dulcissimū simul  
matris spectaculū. amarissimū inquam  
pp naturā affectionis hūane. et pp ipoz  
faciē tormentoz. Dulcissimū vō pp virtutē  
fidei que delectabat domesticarū spectacu-  
lo passionū. quo ipiam sacrilegi regis tri-  
delitātē confessio glōsa vincebat. Mater  
illa dolores ptiū suoz oblita. spectaculo  
orbitatū suarū nō frangebat sed conforta-  
bat. Ipsa natē tyrānidē aīo supante cal-  
cauit. que etiā bestiaz ferocitatē subi-  
gere consueuit. Sepe enī difficiles capi-  
belue. per amorē in sobolis sue capiunt.  
Quā dū natoz suoz dilectionē vite sue p-  
ferūt. ita affectu pietatis incaute i ma-  
nus venatoz inādūt. Qui pūs catulos  
eoz venant ut per affectionis captiuita-  
tē pueniant ad capturā parentū. Nul-  
lūq est aīal tam infirmū qd non pro  
filijs suis defensandis robur assumat.  
Nullū ita mansuetū qd arreptis catulis  
non irriter. et aduersus impientē qnta p-  
vūte deseniāt. Sed mater ista totā et p-  
hoies et p aīalia irōnabilia uire porrec-  
tā atq diffusa natē tyrānidē fidei vūte  
dissoluit. et videns catulos suos diripi  
non solū in tyrānū non insilyt et faciē  
eī ut bestia laterauit. sed etiā tanta mī-  
nimitate se oēs philosophiā supgres-  
sā monstrauit ut imolationē filioz suo-  
rū hortatu suo ppararet. et psecutori in-  
geret. Et tū videret in filioz suoz mem-  
bris viscera sua trucidari. alteri auul-  
sos a suis manibz digitos sup prunas ig-  
nū spgi. et vniū caput affigi. alteri

capite autē detrahi et totū corpus extrac-  
ta pelle trucidari. In hys oībz vniū timebat  
ne cui tyrannus pceret et per iuidiā dyabo-  
li soluto certamine triumphanū scandere-  
tur corpus filioz eī. ne quis eoz sine co-  
rona maneret. Cūq dyabolus eā ultimā ad  
certamē adducē vellet. ut pūs vūte eius  
infractā et in spectaculo p tormenta mo-  
rienciū filioz afflictā facile postea debel-  
laret. muliere per hecipā quibz eā vincē  
dam putauit. vincente confusus est. Ma-  
gis enī illa exemplis filioz confirmata  
preliū ingressa est. septē quoq marti-  
rū legio in mēe impleta est. In qua dila-  
tata est gloria passionis et corona mar-  
tirij. et in ea oīm virtus et glā conflu-  
ebat quia per vniūquēq filioz ipa pas-  
sa est. et illos tales ipa pferat. **Comestor**  
**De prelijs iude machabei et turpi morte**

**I**udas autē antiochi. **Cap lxxix.**  
machabeus in ducatu pro pte sur-  
gens primo quidē apolloniū samarie  
ducē. deinde seron ducē inferioris syrie cō-  
tra se venientes occidit. et eoz agmina p-  
tim cecidit ptim fugauit. Antiochi qui-  
dē duces lpsiam et gorgiā de iudea expulit  
et templū alienigenis pollutū post tres  
annos quibz pphanatū fuerat emunda-  
uit. ipsaq diem encenior sollepnē insti-  
tuit. Sed et tymotheū ducē amonitarū vi-  
rilitē expugnauit. Deniq sil' ipē tū iona-  
tha galaaditis frēs ab inauris hostiū  
liberauit. aliaq plurima bella militē-  
egit. In hęc pambulabat antiochus su-  
piores regiones. et audiuit eē ciuitatē eli-  
maidē in pside opulentā. et templū i ea  
locuples. in quo erant velamina aurea  
et lorice et scuta que reliquerat alexand-  
er. et querebat depredari eā sed non potuit.  
Nam elimaitē fugauerūt eū ignomini-  
ose. Et nūciatū est ei in via qm fracti e-  
rant pnapes eī in iudea. Et versus in  
furore iussit agitari currū sine inēmissi-  
one supbe intonans venturū se iherosoli-  
mā. et quia faceret eā poliandriū iudeoz.  
Et statim apprehendit eū amar9 dolor vis-  
cerū. et contigit illū ipetu euntē de cur-  
ru cadē et collisus est. Et ebullierūt ver-  
mes de carnibz eī et viuētes effluebant

et fetore illi<sup>9</sup> grauabat<sup>r</sup> exatus. Cūq; nec ipse fetore suū ferre posset ductus est ad cognationē suū venire et ait. Iustum ē mortale subditū eē deo. et vouebat se libatū rū iudeos et paruos atheniensib; facturū. Pollicebat<sup>r</sup>q; se futurū iudeū et in dñi loco predicaturū dei p̄tatem. Et despans scripsit oīa hec ad iudeos orans ut fide lū adhererent antiocho filio ei<sup>9</sup>. Cūq; p̄fiteret<sup>r</sup> se hoc pati p̄ templi violacionē vocauit philippū collactaneū suū et cōstituit eū tutore regni. dans ei dyade ma stolā et anulū ut ferret ea ad antiochū filiū suū et ponet eū sup solū regni. Et mortuus est antiochus pegre in montib; et miserabiliū. Ad cū accepisset lysias constituit antiochū quē nutrierat regem et vocauit eū eupatorē. **Ihco<sup>9</sup> si danielē.** Porro antiochus ille epyphanes. adeo luxuriosus fuisse legit<sup>r</sup>. et in tm̄ dedecus regie maiestatis et dignitatis per stupra et corruptelas venisse. ut nimis quoq; et scortis publice iungeret<sup>r</sup> et libidinē suā p̄lo p̄nte compleveret. **Eusebi<sup>9</sup> in romas. De antiocho eupatorē et ei<sup>9</sup>**

**A**nno igit<sup>r</sup> p̄lo cont<sup>r</sup> iudeos. **Cap lxx.** philometoris xvi<sup>o</sup> syrie et asye regnauit antiochus eupator ānis duobus. **Comestor.** Tunc cogitauit iudas ut obsideret eos qui erant in arte presidij. et fecit balistas et machinas et cōportauit aggerē. Tunc egressi sūt quidā de obsessis et adiūxerūt se illis viri ipij ex isrl̄ et venerūt ad regē et dixerūt. Quo usq; non vindicatis nos qui decruim<sup>9</sup> seruiē p̄ tuo et tibi. Ascende et libera obsessos tuos et redde nob hēditates n̄ras. Et iratus rex vehemēte collegit exatū. Sed et de regnis alijs venerūt ad eū aduicti et erant centū milia peditū et xx milia equitū. et elephanti xxxij. Et applicuit ad bethsurā ut expugret eā. Et recessit iudas ab arte et admouit castra ad bethzacharā cont<sup>r</sup> castra regis. Et ordinauit rex diluailo exercitū. ostenderūt elephantis sanguēz vuc et mori ad accendū eos in preliū. Et astitērūt singulis elephantis ad custodiā mille peditis louati et equites quingenti. Et turres lig

nec erant sup singulos et in turre xxxij viri pugnantes desuper et int<sup>r</sup> magister bestie. Et distincta est p̄s exatus regis sup montes. alij per loca ibant humilia. Et resplenduit sol in clipeos aureos. et resplenderūt montes ex eis. Et appropiauit iudas in preliū cū suis. et ceciderūt de exatu regis quingenti viri. Et vidit eleazar<sup>9</sup> frater iude vnā de bestijs eminentiore cetis et arbitrans regē esse in ea tuurrit per hostes et subijt elephante et effodit eū in vmbilico. et cadens elephas oppressit eū. Tunc diuerterūt iudei a prelio et ascendit rex p̄ eos. Et capta bethsura positus q; iustodib; in ea obsedit iherlm̄. et statuit illic balistas et machinas. et ignis iacula. et scorpios ad mittendas sagittas in fū dibula. este aut<sup>r</sup> non erant in vrbe eo q; septim<sup>9</sup> ann<sup>9</sup> eēt. Et egressi sūt plures. Tunc audiuit lysias q; philippus redierat a p̄side et querebat suscipe regni negocia et suggestit regi dicens. deficiat<sup>r</sup> cotidie. et esta nobis modica est. et munit<sup>r</sup> est locus quē obsidem<sup>9</sup> et inābit nobis ordinare de regno. Demus ergo dextras hōibus istis statuente ut ambulent in legib; suis et seruient nobis. Et facta pace iurauit rex et p̄ncipes ei<sup>9</sup>. Et intrauit in montē syon. et vidēs munitionē rupit iusiurandū et destruxit murū in gyro. Et reuersus antiochiā inuenit philippū dnāntē in ea. et vi occupauit eam. **De demetrio rege et victoria iude de nichanore. Cap lxxi.**

**A**o tempe exijt demetrius seleuci filius ab vrbe roma et ascendit ciuitates maritimas et regnauit ibi. Hūc dū adhuc puer eēt patrius ei<sup>9</sup> epyphanes priuauerat regno et descenderat romā ad accusacionē patruū. Audiens vō patruū defunctū redijt et plures receperūt eū. Sed et antiochū ligauit exatus et lysiam ut traherent eos ad eū. qđ cū accepisset ait. Nolite michi ostendē faciē eoz. et occidite eos exercitus. Et sedit demetrius sup solū patris sui. Tūc venerūt ad regē iudei ex isrl̄. et alchim<sup>9</sup> aaronita dux

eorum qui volebat fieri sacerdos. et accusauerunt iudam dicentes. Perdidit iudas omnes amicos tuos. et nos dispendit de terra nostra. Mitte ergo virum cui credis. qui videat ex terminum et vindicet. Et constituit rex alchimum principem sacerdotum et misit eum exatu bachide in iudeam. Multi vero de populo crediderunt ei dicentes. Homo sacerdos de seie aaron venit. non decipiet nos. Et egressi sunt ad bachidem. et occidit ex eis lex una die. Tunc recessit bachides a iherusalem. et commisit regionem alchimo. et fecit malum in israel plusquam gentes. Quod attendens iudas cessavit exire in regiones. et fecit vindictam in viros desertores. Videns autem alchimus quod non posset iudam sustinere rediit ad regem accusans iudam in multis. Et misit rex nicanorem qui cum eo fuerat romae in iudeam. mandans ei euertere iherusalem. Et congressi sunt iuxta vicum capharsalama. et victus iudas fugit in civitatem david. Et recessit nicanor a iherusalem. Cumque conperisset iudam esse in locis samarie. disposuit bellum committere cum eo in die sabbati. Machabeus autem cum paucis centis cum eo formidantes impetum nicanoris et multitudinem illorum. singulos armavit non clipei et haste munitione. sed sermonibus optimis et exhortationibus. presertim exposito eis somnio. quod in eadem nocte viderat de onyasa. et iheremia pro ipsis orantibus. Quo confortati impetum facientes in hostes prostraverunt ex eis non minus quam milibus. nicanorem autem eis intempto. Cuius etiam caput amputantes et dexteram quam superbe extenderat contra templum. suspenderunt ea contra templum et linguam eius minutam in asam dederunt aulis ad comedendum. Et statuerunt diem illam sollempnem omnibus annis. Miservit etiam epistolam dispersioni iudeorum in egipto et in diversis orientis regionibus exulantium que est secundus liber machabeorum. hortantes ut sollempnitates duas a se noviter institutas susciperent. stenophegie quod die observarent. et diem ignis qui datus est de aqua crassa. quam neemias obtulit sacrificia. In eadem epistola recapitulans bella que contra hostes frequenter egerant insurgentes et qualiter a deo liberati fuerant. Et si

luit terra iuda a preliis dies paucos *Eusebius in cronica de terrenas et eius comediis.*

**E**o tempe pub. *Cap. lxxij.*  
 Terentius carthagenensis comediae scriptor ob ingenium et formam libertate donatus in archadia moratus. Qui primam andriam antequam edilibus venderet. cecilio multum se miranti legit. *Actor.* Huius terentii legitur epitaphium. Natus in excelsis tectis carthaginius alte. Romanus duabus bellis preda fuit. Descripsi mores hominum iuvenumque senumque. qualiter et serui decipiant dominos. Quid meretrix. quid leno dolus. quid fingat auarus. Hec quicumque legit. sic puto cautus erit. Inter comediae scriptores plautus et terentius precepi habent. Comedia interpretatur villam tantus. Comediae usus hinc inolevit. Nos erat antiquorum ut post collectas de adiacentibus villis fruges in aliquo loco capacissimum confluerent et ibi ad dam versus de communi statu vie sue rusticam compositos. in festiuis diebus recitarent. Ex qua consuetudine apud grecos et latinos usus inolevit ut de vulgari materia vulgari sermone carmina facerent. Et sic quod vulgare erat paulatim quibusdam facetiis et artificiali gratia loquendi. vetentia tamen vili et humili materia in arte redactum est. Unde oracius. Fescennina per hunc iuventa licentia more. Versibus alterius obprobria rusticarum fudit. Tria sunt vero genera comediae. togata. praetextata. palliata. Toga est vestis communis apud romanos qua utuntur tam nobiles quam ignobiles. Inde togatae comediae de gestis et personis ignobilium tantum. Praetextata est vestis nobilium tantum. Inde praetextatae de gestis et personis nobilium tantum. Vires autem a latinis condite sunt. Pallium vero est vestis philosophum apud grecos. Unde palliatae de greco in latinum translatae ut plautinae et terentiane. Primum duas reprehendit oracius dicens. Vel qui praetextas vel qui docuere togatas. Porro in comediae erant tres personae naturae. corrector. defensor. recitator. Habuit autem terentius istas optimas. titulumque comediae correctorem. defensorem doctum. calliopium recitorem. *De flosculis comediae terentii. Cap. lxxij.*

**I**gitur comediarū terrenā breues et  
morales sententiās in hoc loco ex-  
pere detreui. *Ait ergo in andria.*  
Desinant maledicē. malefacta ne noscant  
sua. Arbitror ad p̄me in vita eē utile ne  
quid nimis. *Hoc tpe obsequiū amicos.*  
veritas odiū parit. *Ingeniū est oīm ho-*  
minū a labore p̄diue ad libidinē. Si illū  
obiurges vite qui auxiliū tulit. quid fa-  
cies illi qui dedit dāpnū aut malū. *Quā*  
non p̄ fieri id quod vis. id velis qd̄ possis.  
Facile oēs cū valem⁹. recta consilia egrotū  
dam⁹. tu si hic sis aliē sentiās. *Vxorē hys*  
morib⁹ dabit nemo. *Qui p̄git dicē q̄ vult*  
audiet que non vult. *Idē in eunūco.*  
Plenus sū rimarū. hac atq̄ illac p̄ffluo.  
Sine cerē et libero friget venus. *Euge*  
ip̄i patrono opus est. quē defensorē  
paro. *Idē in heaton tumoumenon.*  
Ut quid aliena aures. que ad te nō per-  
tinent. *Homo sū et ideo humani nichil*  
a me alienū puto. *Deteriores oēs sum⁹*  
licentia. *Ita fere cōparata est oīm hoīm*  
natā. ut aliena melius iudicent q̄ sua.  
Ius sūmū sepe sūma malicia est. *Nulla ē*  
tam facilis res. que non difficilis sit si iū-  
tus facias. *Nonne hoc flagitiū est te alijs*  
consiliū dare foris sapē. tibi aut̄ auxiliari  
non posse. *Que dū incipias dūq̄ ignoras*  
grauia sūt. ubi cognouis facilia erūt.  
*Hoīe ip̄ito nichil iustius. qui nichil rēn-*  
putat. nisi quod ip̄e fecit. *Corā aliquem*  
laudare verendū est. ne id magis assenti-  
di causa fieri videat. *Quid tu ibi agas u-*  
bi si quid bñ precipias nemo obtēperat.  
*Quid vis cogit id volūtas ip̄etrat.* *Lupus*  
est in fabula. *Ita vita est hoīm q̄ cū lu-*  
das thesseris. *Illud quod maxie iactu est*  
opus non cadit. forte ut illud qd̄ cecidit  
arte corrigas. *Vetus verbū hoc est cōiā*  
eē amicorū inter se oīa. *Sepe cū duo aliqd̄*  
faciūt. dicē possis. *Hoc licet huic ip̄une*  
facē illi non licet. *Non q̄ res dissilis sit.*  
sed quod qui facit. *Ad oīa alia etate sa-*  
pim⁹ rectius. solū hoc vitū senectus affert  
omib⁹ q̄ attentiores sum⁹ ad rem q̄ sat  
est. *Erunt longe a mea snā qui ip̄erūt*  
credit eē graui⁹ aut̄ stabilius vi qd̄ sit q̄  
illud qd̄ amicitia iungit. *Pecuniā in lo-*  
co negligē. maximū interdū lucrū. *Ill⁹*

est sapē non quod ante pedes mō est vidē.  
sed etiā illa que futū sūt. p̄spicē. *Inspicē tā-*  
q̄ in speculo vitas hoīm iubeo. atq̄ ex ali-  
is sumē exēplū sibi. *Ut homo es. ita mo-*  
res geras. *Oēs quib⁹ res sūt min⁹ secūde.*  
nescio quō suspicōsi ad contumeliā omīa  
accipiūt. magis p̄ suā ip̄otentiā semper  
se credūt negligi. *Idē in ethira* *Vno animo*  
oēs socrus oderūt nur⁹. *Mulieres ferme*  
ut pueri leui snā sūt. *Istud porro sapē est*  
ut ubiq̄q̄ opus sit. animū flectas. et qd̄  
post fortasse faciendū est. mox facias. *Ex*  
quo multa tibi fuerūt cōmoda. eius equū  
est te ferre incōmoda. *Idē in phormione*  
*Qm̄ n̄que cōpatū est ut hī qui min⁹ hnt*  
semper aliquid dīcorib⁹ addant. *Dū maxie*  
homini secūde sūt res. tūc maxie meditā  
eū oportet quo pacto adūsam erūpnā fe-  
rat. ne quid aīo sit nouū. et sic quicquid  
preter spem eueniet in lucro deputare.  
*Quot hoīes tot snē. siuis cuiq̄ mos est.*  
*Nichil est quin male narrando possit de-*  
prauari. *Eusebius in cronias* *De regno*

**I**udeorū refutatato et morte iude. *lxxiiij*  
Situr a tpe machabeorū renasatur  
regnū iudeorū cū iudas machabeus  
filius mathatie oīm iudeorū fauore ponti-  
fex decernit. *Suscepit aut̄ ducatiū ppli an-*  
no 2<sup>o</sup> demetrii sother qui fuit xix<sup>o</sup> ptholo-  
mei philometoris. et tenuit annis trib⁹.  
*Deinde frater ei⁹ ionathas xix.* *Postea frat̄*  
ei⁹ symon. octo. *Deinde filius symonis io-*  
hānes hircan⁹ xxvi. *Ex tūc aristobulus*  
filius ionathe rex p̄t et pontifex p̄m⁹  
apud iudeos dyadematis sūpsit insignē.  
*post ccccxxiiij* ānos babilonice captiuita-  
tis et regnauit anno vno. *Deinde ianme-*  
us qui et alexander xxvij. *Postea alexan-*  
dra vxor alexandri. ix. *Postmodū hircan⁹*  
filius alexandri xxviij. *Tandē antigono di-*  
mitante cōt̄ iudeos cessauit p̄ncipatus  
pontificiū. et a romanis constitutus est p̄n-  
ceps alienigena herodes filius antipatri  
ascalonite sub quo natus est dn̄s et reg-  
nauit annis xxxvij. *Quo miserabiliter*  
mortuo anno dn̄i sexto loco ei⁹ fili⁹ eius  
archelaus constitutus ab augusto. *Et q̄tuor*  
fr̄es ei⁹ tetrarche fuit. s. herodes antipater  
lisanias et philippus. regnauit aut̄ annis  
nouē. *post eū herodes tetrarcha xxiiij.* *Post*



eū agrippa viij. Deinde agrippa filius agrip-  
pe xxvi. s. usq; ad annū 2<sup>m</sup> vespasiani in  
quo iudea capta est et iherosolyma subuersa et  
iudei captiuati venūdati et occisi. Tūc reg-  
nū iudeorū penitus desecit. s. anno dñi lx  
xij. **Comestor.** Judas quidē audiens fa-  
mā romanorū et virtutū quas in orbe ex-  
tulerant nūcios ad eos misit et ab eis re-  
scriptū mutui federis obtinuit. Nec ml-  
to post a demetriū duabz in bello occisus.

**Eusebius in cronica. De ionathia duce et  
pacubio poeta. et theatro rome phibito. et**

**A**nno philome rege syrie alexand. lxxv  
toris xxiiij. et demetriū vi. dux iu-  
deorū ionathas frāus est frat' iude  
qui bachidē ducē demetriū a iudea expul-  
sit et pontificatū tenuit annis xix. Eo  
tempe aristarchus grammaticus agnosatur.  
Pacubius pmpptissim' tragediarū scrip-  
tor: darus habetur. enniū poete ex filia  
nepos. Dixitq; rome quoad puturā exer-  
cuit ac fabulas vendidit. Deinde taren-  
tū regressus ppe nonagenariū diē obijt  
**Helmandus.** Hic pacubiū ut ait agellius  
dicebat se odisse hoīes ignaua opa et phi-  
losophia scāa. nichilq; fieri posse indignū  
aut intolerantū qđ qđ hoīes ignaui ac de-  
sides opti barba et pallio. mores et emo-  
lumenta phie in lingue verborūq; artes cō-  
uerterent et viua facundissime accusarēt  
intus omībz vicijis ipi madentes. Eo tpe  
censores theatrū lapideū in vrbe construi  
censuerūt. Qđ ne tūc fieret sapio nasica  
grauissima orōne obstitit dicens. Imi-  
tissimū hoc fore bellatori pplō. ad nutri-  
endā desidiam. lasciuiaq; cōmentū. Adeo  
q; mouit senatū ut non solū vendi oīa  
theatro cōparata iusserit. sed etiā subse-  
lia ludis poni phibuerit. Quid hic dicit  
nostri quibz quidqđ extra oblectamentū  
libidinis occurrit offensio est. Accusent  
igit' non tpa sed theatra in quibz ad arā  
luxurie virtutū victime trucidant'. **Aug<sup>us</sup>**  
**in libro de ciuitate di.** Sapro nasica prohibu-  
it senatū construe theatrū psuadēs orōe  
grauissima ne grecā luxuriā virilibus  
patrie moribz paterent obrepe. Et post  
pauca. Dij ppter sedandā corpm pestilen-  
ciā ludos sibi scenicos iubebant exhiberi.

Pontifex aut' ppter cauedā aīorū pestilen-  
ciā ipsā scenā construi phibebat. Et pau-  
lo post. Neq; enī censebat ille felicitē fore re-  
publicā stantibz meribz ruentibz moribz.  
**Iustinus.** Interea anthiocienses a demetriū  
desererūt. adiuuātibz eos ptholomeo rege  
egypti et attalo rege asie et ariaracte ca-  
padoe. Qui bello a demetriū lacessiti sō-  
ornant. ppalā quēdā sortis extreme iuue-  
nē qui syrie regnū velut patriū armis  
repetēt. Et ne quid cōtumelie ei deesset no-  
men ei alexandri inditur. genitusq; ab an-  
tiocho rege diat'. Igitur alexander admira-  
bili rerū varietate. pristinarū sordiu obli-  
tus. totius ferme orientis viribz succinctus  
bellū demetriū infert. victūq; vita piter  
et regno spoliat. Et exiuit ptholomeus  
de egypto. et filia ei' cleopatra. et occur-  
rente sibi alexandro ptholomaide dedit  
eā vxorē. Tunc alexander vocauit ad se  
ionathan et induit eū purpā. et scrip-  
sit eū unū pmos amicos. Sūt aut' qtuor  
insignia regalia. purpura. fibula aurea  
dradema et scepterū. **Eusebius in cronica.**

**De regno euergetis 2. et sacris abele sus-**

**A**nno ionathe ceptis a rōnis. lxxvi.  
xxiiij. alexandri vō viij. Ante .s. e-  
tatis cccxlvij. quādi vō millesimo  
tercio octingētesimo xx. ptholomeus euer-  
getes 2. egyptiorū septim' regnauit an-  
nis xxix. **Actoz.** Hoc tempe ut ait au-  
gustin' sapionē nasica sub terrore belli  
punici in suscipiendis frigijs sacris vniū  
sus senatus elegit. De hys sacris diat' o-  
uidius in q̄rto fastoz scriptū fuisse in tar-  
mine sibille. Mater abest. matrē iubeo  
romane reqiras. Cū veniet casta ē acci-  
pienda manu. Qđ pontifices intp̄ta-  
ti sūt de m̄re deoz. cui' sacra tūc a pesti-  
mūde ut ait aug<sup>us</sup> allata sūt. Hinc er-  
go decē .s. abele sapio nasica templū fa-  
tere incepit. Post quē metellus opus ā-  
plauit. Post quē augustus templū p-  
fecit. In ei' festo quod erat nonis aprilis  
conferebat es pplius pp illā causā quam  
ponit ouidius. Contulit es pplius de quo  
delubra metellus. fecit aut dande. mos-  
stipis inde manet. In alienis domibus  
tūc comedebant qā abele mutauerat

sedē. Primi ludi fiebant in honore eius quia ipsa est mater deorum. Sacerdotes eius Galli dicebantur id est insani et eunuchizati. Moretum ponebat in mensis et caseus pro illud. Agnoscat piscos ut dea pisci cibos id est mora et lac et caseum et herbas. Vnde est illud. Candidus elisse miscet caseus herbe. **Aug. li. vii. de ciuitate dei.** Actia in cuius dilectionis memoria Gallus absaditur pro vernali facie terre que ceteris est temporibus pulchrior. porphyrus plus nobilibus flores significare prohibuit. et ideo abstulit quia decedit ante fructum. De mollibus eadem miri magne contra omnium virorum mulierumque verecundiam consecratis. qui usque in hesternum diem madidis capillis facie dealbata fluentibus mēbris. incessu femineo. per plateas carthaginenses etiam a populis vnde turpiter viuerent exigebant nichil varro dicere voluit. nec usquam me legisse commemorari. Defecit interpretatio. erubuit ratio. contiauit oratio. Jupiter in femineas corruptelas. vno garrumide celum infamauit. Mater ista deorum tot mollibus professis et publicis. et inquinavit terram et celo fecit iniuriam. **Idē li. vii. De pacatione bellipunia tertia et situ carthaginis. Cap. Citur cum senatus delecten lxxvij.** **Cap. C.** dam carthaginem censeret scipio nasci nolabat urbem emulam romani imperii dirui et decernenti ut dirueret contradicebat cithoni. timens infirmus animis hostilem securitatem. Et tanquam pupillis aulibus ydoneum tutorem. naturam videns esse terrorem. res secundas quibus auarus luxuriosusque propter effectus est. prudentissime cauendas esse censebat. Quare ciuitatem hostium maximam fortissimam opulentissimamque nolabat auferri ut timore libido premeret. libido pressa non luxuriaret. luxuriaque cohibita nec auaritia grassaret. quibus vitis obseratis. ciuitati utilis virtus floret et cresceret. Preualuit autem cithonis sententia. **Orosius.** profectaque in affricam consules. lucius censorius. et marcus et manlius et scipio tribuni militum. Quippe vitam maioris affricani castra tenuerunt. Ibi carthaginensibus euocatis iussisque ut arma et naues traderent. nec moratis. tanta vis ar-

more repente tradita est ut facile tota ex his affrica potuisset armari. Sed carthaginenses postquam arma tradiderunt. et relicta urbe recedere paulo a mari decem milibus passuum iussi sunt. dolore ac desperatione contulerunt. aut defensuri ciuitatem aut ciuitatem ipsam et per ipsam sepeliendi. Ducesque sibi duos hasdrubales creauerunt. arma primum facie aggressi. eris ferrique iopiam. auri argentique metallis suppleuerunt. Consules oppugnare carthaginem statuerunt. cuius situs fuisse huiusmodi dicitur. Triginta milibus passuum muro amplexa tota pene mariangebatur absque faucibus que tribus milibus passuum aperiebantur. Is locus murum sex pedes latum habuit. saxo quadrato in altitudine cubitorum xli. Arduum birse nomen erat paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. Ex vna parte murus cois est birse et vrbis imminens mari. Quod mare stagnum vocant. **De subuersione carthaginis. Cap. lxxvij.** Consules igitur quibus aliquanta muri parte quassata machinis diruissent. tamen a carthaginensibus victi et repulsi sunt. Quos fugientes scipio repulso in muros hoste defendit. Censorius in urbe rediit. manlius omnia carthaginem ad hasdrubalem arma conuertit. Scipio masinissa mortuo. in tres filios masinisse numidie regnum diuisit. Quo contra carthaginem reuerso manlius circa urbem expugnauit atque diripuit. Quadraginta ibi milia affroy cesa. sex milia capta sunt. Hasdrubal penorum imperator masinisse nepos subsellionum fragmentis in curia a suis propter suspicionem prodicionis occisus est. Iuuentinus pretor in macedonia aduersus pseudo philippum congressus cum magna clade totum romanum exercitum interfectus est. **Agri.** anno ab urbe condita dclvi. anno quinquagesimo post bellum punicum 2<sup>o</sup> guco cornelio lentulo lucio munio consulibus publico scipio superioris anni consul delecta carthaginem suprema sorte molitibus cothone ingreditur. Vbi dum continuus sex diebus noctibusque pugnat ultima carthaginenses

despacio ad deditionē traxit petentes ut  
quos belli clades reliquos fecit saltem  
seruire liceat. primum agmen mulierū  
satis miserabile. post viroz magis defor-  
me descendit. Nam fuisse mulierū xxx.  
milia. viroz xxx milia mēorie traditū  
est. Rex hasdrubal se ultro dedit. Trās  
fuge qui esculapij templū occupauerūt  
volūtario precipio dati igne consumpti  
sūt. Vroz hasdrubalis se duosq; filios su-  
os secū. viri dolore et furore femineo in  
mediū iecit incendiū. eundē nūc mor-  
tis exitū faciens nouissima regina car-  
thaginensis. quē quondā p̄ma fecisset.  
Ipa autē ciuitas xvij continuis diebus  
arsit. miserūq; spectaculū de varietate  
condicionis huāne victorib; suis prebuit.  
Diruta est autē carthago omī mirabi-  
li lapide in puluere cōminuto die mo-  
post anno q̄ condita fuerat. Multi-  
tudo oīs captiuoz exceptis paucas p̄n-  
cipib; vendita est. Ita q̄to postq̄ cep-  
tū fuit anno bellū punicū terciū con-  
sumatū est. *Eusebius in cronias. De deme-  
tro aetensi et morte alexandri et euegetis*

**A**lino ptholomei *Cap lxxix* . . .  
euergetis q̄nto. ionathe vō xvij.  
regnavit in syria demetrius an-  
nis tribus. *Comestor.* Hic demetrius  
ocaso p̄re in prelio. fugit ad aetenses  
parentes maternos. Et resūptis virib;  
a creta rediit in maritimā philisteoz  
et in syriā teles. Et constituit apollo-  
niū ducē exercitū qui prouocauit io-  
natham in preliū. Qui assūptis decē  
milib; egressus est de iherlm. et venies  
ioppen expulit inde apolloniū. Et fu-  
gerūt equites apolloniū in azotū et in-  
trauerūt sanum dagon ut se tuerent.  
Et succendit ionathas ciuitatē et phanū.  
Et fuerūt de occisis in campo et succensis  
in phano fere octo milia. Et audiuit a-  
lexander virtutē ei. et addidit adhuc  
glorificare ionathan. Et egressus est rex  
egypti socer ei in virtute magna. que-  
rens obtinē regnū alexandri dolo. et  
trāsiens in singulis ciuitatib; relinque-  
bat custodias. Et tollens filiā ab alexan-  
dro dedit demetrio. Et intrauit antiochi

am et imposuit sibi duo dyademata egip-  
ti et asyē. Tunc alexander venit cont̄ ipm.  
in bellū et victus est a ptholomeo. Et fug-  
in arabia ad parentes maternos cū an-  
tiocho filio suo. Rex autē arabū timens v-  
tutē ptholomei occidit alexandri. et reser-  
uauit filiū. et misit caput alexandri ipi  
ptholomeo. Qui gauisus est. sed fr̄m est  
ut tercia die moreret. *Eusebius in cronias.*  
*De antio tragediographo et q̄busdā rōno*  
**E**o tempe r̄u preliis: *Cap lxxx.*  
Lucius accius tragediarū scriptor  
habet darus. natus manerio et  
serrano consulib; parentib; libertinis. Et  
seni iam parubio tarentino sua scripta re-  
citauit. a quo et fundus actianus iuxta pi-  
saurū dicit. quia illuc inter colonos fue-  
rat ex vbe deductus. *Actor* Hic accius ut  
refert agellius hac similitudine usus est. Ad  
in pomis itidē est ingenijs. que acerba ac-  
dura nascunt. post sūt micia et iocunda.  
Sed que gignūt stā mollia. et in p̄na-  
pio humida non matura mox sūt sed  
spuria. Relinquendū igit̄ visū est. quod  
dies atq; etas mitificet. De hoc eodē actio  
refert valerius q̄ in collegiū poetarū ve-  
nienti iulio cesari nūq̄ assurrexerit. nō  
maiestatis inquit eius imemor. sed q̄ in  
cōpatione oīm studioz aliq̄nto se supiore  
esse consideraret. Quap̄ insolencie crimi-  
ne caruit. q̄a ibi voluminū non p̄ma-  
ginū certamina exercebant. *Eusebius in*  
*cronias* Eo q̄ tpe brutus et cricius hyberia  
usq; ad oceanū subegit. *Drosius* Hic in  
ulteriore hispania. lx milia gallogre-  
coz. qui lusitanis in auxiliū venerant.  
asprimo bello et difficili incautos circū-  
ueniens oppressit. Quoz in eo prelio q̄n-  
tuaginta milia occisa. sex milia cap-  
ta referunt. In citeriore autē hispania  
lepidus p̄consul vaccos innoxia gentē  
et supplicē. eadē senatu phibente p̄tina-  
cā expugnare tēptauit. et p̄tinaater  
penas luit. sex milia romanoz in hoc  
iusto bello iustissime cesa sunt. reliqui  
exuta castris. armisq; perditis euase-  
runt. *Comestor* De antiocho adolescente  
et dolis triphonis et ducatu symonis  
*Caplin octuagesimū primū* . . .

**T**riphon autē erat quidā p̄ciū alexandri prim⁹. qui videns q̄ d̄nis exātus m̄murabat contra demetriū. iuit in arabiā ut reducēt inde antiochū filiū alexandri in terrā p̄ris sui et iposuit ei dyadema. Et congregati sūt ad eū exātus quos dispserat demetrius. et pugnauerūt tōnē demetriū et fugit. Et obtinuerūt antioch⁹ et triphon antiochiā. Et scripsit antiochus adolescens ionathe ut eēt de amicis regis. et misit illi vasa aurea. Et misit ionathas romam renouare cū eis amicitia. Sparciatis q̄ scripsit. quos supra lacedemonios dixim⁹ dicens. Prudem scripsit nobis darius rex vester sub onia sūmo sacerdote iudeorū. quia de ḡne abrahe estis et fr̄es nostri. Et nūc misim⁹ ad vos ut inouem⁹ fraternitātē. Et rescripserūt sparciatis. Pecora nr̄a et possessio nr̄a v̄ra sūt. et v̄ra nr̄a. Et tpe cogitauit triphon occidē antiochū adolescentē. et ipone sibi dyadema. sed timuit ionathā. strennuū defensorē antiochi. et elegit ut eū prius occidēt. Scripsitq̄ ionathe ut occidret ei in bethsan. et venit ad eū ionathas cū xl milibz viroz. Vidensq̄ triphon ait. Ve quid vexasi pplin. Elige tibi paucos et veni me cū ptholomaidā et tradā eā tibi et reliq̄ presidia. Et credidit ei ionathas. Cūq̄ intrasset ptholomaidā lignauerūt eū aues. et oēs qui erant cū eo interfecerūt. **Eusebi⁹ Cronias** Anno igit̄ ptholomei energetis septio. demetri⁹ vō t̄tio. symon loco ionathe fr̄is sui in sacerdotiū assumptus. presuit iudeis annis octo. Post demetriū vō regnuit in syria fr̄at̄ ei antiochus qui cognolatus est sedites annis nouē. **Comestor** Triphon autē cū iter faceret cū antiocho. dolo occidit eū. et regnauit pro eo in asya. **Actoz. De bello seruilī syalie et eius portentis.**

**E**t tpe iuxta **Cap lxxxiij**. eusebiū seruile bellū ortū est in syalia. quod iuxta orosū mōstia quedā precessisse legunt. **Orosius** Seruio fuluio q̄nto flacco. caprunino. pisone. condrupe. quaduman⁹. oculis q̄tuor auribz totidē. natura virili duplex. In syalia

mons ethna vastos ignes eructauit. ac fudit. Qui torrentū modo per pro na precipites proximaq̄q̄ corripientibz exussere flāmis. longinquiora at fauillis calidis cū vapore graui late volantibz corruerūt. Ad syalie semper vernaculū gen⁹ monstri non pretendē malū solet sed inferre. In bononiensi agro fruges in arboribz enate sūt. Igit̄ in syalia bellū seruile ortū est. Ad adeo graue et atrox multitudo seruoz. instructu copiaz magnitudine viriū fuit. ut non dicam pretozes romanos. quos penitus pfligauit. sed s̄ules quoq̄ teruerit. Nam lxx milia seruoz tūc in arma conspirantiū fuisse referūt. ex cepta vrbe messana que seruos libalit̄ habitos in pace continuit. Cetim syalia in hoc quoq̄ miserior est q̄a insula. et clausa vndiq̄ mari. malū suū intestinū egere foras non p̄t. **Eusebi⁹ Cronias** Serui qui in syalia rebellabant. obsidionis nātate xpulsi. ad sua iuuē cadauera deuoranda cōpussi sūt. **Justinus De attilo rege asye minoris et aristonio**

**E**t tpe in asya **Cap lxxxij**. minore rex attalus florentissimū ab eumene patruo regnū susceptū cedibz amicorū et cognatorū supplicijs fedabat. nūc matrē nūc beronicē sponsā maleficijs eoz necatā confingens. Post hanc scelestā violētie rabiem. squalidā vestē sumit. barbā capillūq̄ in modū reoz sumittit. Non in publicā prodire. non pplō se ostendē. non domi leta cōuiuia īre. aut aliqd̄ signū sani hois habē. prorsus ut penas pendē manibz infectorū videret. Omissa deinde regni administratione ortos fodiebat. granina ferebat. et noxia inorūis pmiscebat. eaq̄ oīa venenū suoz infecta. velut peculiare mun⁹ amicis mittebat. Ob hoc studio erarie artis fabricē se tradit. cetis q̄ fingendis et ere fundendo p̄cudendo oblectat. Matr̄i deinde sepulchrū faciē instituit. cui op̄i utent⁹ morbū ex solis feruore contraxit. et die septima decessit. pplin romaniū heredē regni sui instituens. Hoc

ipe mortuo attalo aristonio eumenis  
 filius ex pelice ephesia cathariste cuius  
 dam filia genitus velut auicam regnum  
 asyram iuasit. multaq; secunda prelia  
 aduersus ciuitates que romanorum metu  
 tradere se eide nolebant fecit. **Orosius** ad  
 uersus huc aristoniam publicus lucianus  
 nassus consul et pontifex maximus cum  
 instructissimo missus est exercitu. Preterea  
 a magnis regibus. hoc est nichomede bi  
 thynie. mitridate. ponti et armenia. a  
 rianacte capadocie. philemene. paslago  
 nie. eorumq; maximis copiis adiutus. con  
 fertis tam bello victus est. et cum exercitu per  
 plurimam cedere in fugam acto. Ipe iam  
 circumuentus ab hostibus et pene captus  
 esset. excogitato genere mortis effugit in  
 dedecus et seruitute. Nam virgam qua u  
 tebatur ad equum in oculum trahens ipegit.  
 qui ira et dolore exardescens. gladio la  
 tus eius transfuerberavit. **Aug. li. 2. de ciuitate  
 dei. cap. 11.** Cum aduersus adheam  
 regem aristoniam bellaret apollo cum  
 manibus quatrinduo fleuisse dicitur. Quo pro  
 digio aruspices territi cum id simulachrum  
 putassent in mare picendum cum manu  
 senes intercesserunt. atque retulerunt illi  
 prodigium. et antiochi et peris bello in e  
 odem apparuisse figmento. Et quia roma  
 nis felicitatem puenisset ex senatus consulto  
 eide apollini sua dona missa esse testati  
 sunt. Tunc periclitantes acciti aruspices re  
 derunt hunc fletum ideo prosperum esse roma  
 nis. quoniam cumana colonia esset greca. su  
 isque terris unde accitus esset apollo id est  
 ipsi grece luctum et cladem significare. De  
 inde mox regem aristoniam victum et cap  
 tum esse nunciatum est. **Actus de prodigijs bel  
 li auernense predicti. Cap. lxxxiii.**

**A**uno ptholomei evergetis xiiii.  
 et symonis octauo et antiochi  
 septimo. qui fuit tertiis olympiadis  
 c. lxxij. auernis nobilis urbs gallicae ut  
 scribit eusebius capta est et rex biturum.  
 Sed orosius dicit hoc contigisse prefatis  
 regibus iam mortuis et anno ab urbe condi  
 ta. dcccxxviii. Hieronimus autem ponit hic an  
 no ab urbe condita dcccxxv. Prius autem huius  
 orosium huius casus contigerunt. **Oros. 2. Gneo**

sempromio tuditano et marchio atilio  
 consulibus. publicus sapius affricanus prudens  
 pro concione de periculo salutis sue contes  
 tatus. quod sibi pro patria laboranti ab impro  
 bis et ingratis denunciarum cognouisset.  
 altero die mane in cubiculo suo exani  
 mis repletus est. Hunc quidam uxoris sue sem  
 pronie gratioris sororis dolo necatum fert.  
 Enilio iam lucio oreste consulibus ethi  
 na vasto tremore concussa globis ig  
 neis exundauit. Rursusque alio die lip  
 para insula et uianum circa eam mare in  
 tum efferbuit ut exustas quoque rupes dis  
 soluit. tabulatasque nauum liquefactis ceris  
 extorruerit. exanimatos pisces supna  
 tantes excoerit. homines quoque nisi longius  
 qui potius diffugerent. reciprocato anhelitu  
 calidi aeris adustis introitu vitalibus  
 suffocauit. Deinde marchio plauco hyp  
 seo murco fuluio flacco consulibus inter  
 dum affricam a bellox exardis quiescente hor  
 ribilis et insitata pericio consecuta est.  
 Nam cum per totam immense locustarum  
 caterue ferrent. et non modo iam cunctam  
 spem frugum abstraxissent herbasque omnes  
 cum parte radicum. foliaque arborum cum teneritu  
 dine ramorum consupulissent. vni etiam ama  
 ros cortices atque arida ligna peroderent.  
 repentino abrepte vento. atque in globos  
 coacte portateque diu per aerem. affricano  
 pelago immerse sunt. Harum cum immensos a  
 teruos longis undis vigentes fluctus per  
 extenta late litora protulissent. tetrum ni  
 mis atque ultra opinionem pestiferum odorem  
 tabida et putrefacta congeries exalauit.  
 Unde omnium piter aianum tanta pestilentia  
 consecuta est. ut auum pecudum ac bestia  
 rum corruptione aeris dissolutarum putre  
 facta passim cadauera vicium corruptio  
 nis auerent. Numidia in qua tunc mi  
 nipsa rex erat dicitur milia hominum perisse  
 traditum est. circa vero ora maritima max  
 ime que carthaginensi atque uticensi lito  
 ri adiacet plusquam centum milia. Apud vero  
 ipsam uticam ciuitatem centum milia militum.  
 que ad presidium totius affricae ordinata fu  
 erant extincta sunt et abrasa. Que cedes tam  
 repentina acta violenta extitit. ut tunc  
 apud uticam sub vna die per vnam portam ex

illis iunioribus plusquam mille mortuos elatos fuisse narret. **Comestor. De antiocho demetrii et necis symonis pontificis et successione**  
**E**o tpe iohannis hircani. Cap. lxxxv.  
 exiit antiochus filius demetrii in terram partem suorum et conuenerunt ad eum exercitus omnes ita ut pauca essent cum triphone. Porro triphon fugit nauigio in orthosiada. rex autem persequens eum constituit cendebeum ducem maritimum et reliquit ei exercitum ut expugnaret iudeam. Quod cum cognouisset symon vocauit duos filios suos seniores iudam et iohannem. et dedit illis xx milia pugnatorum et equites. et profecti sunt aduersus cendebeum. Et insonuerunt sacris tubis. et conuersus est in fugam cendebeus et castra eius. et ceciderunt ex eis duo milia viros. et redierunt filii symonis in pace. Porro ptholomeus filius abobi constitutus erat dux in campo iherico. Erat enim gener summi sacerdotis et habebat aurum et argentum multum. Et eleuatum est cor eius et volebat obtinere regionem. Et occidit symonem in dolo uxoremque cum duobus filiis eius vinculauit. Misitque nuntios occupare iherusalem. et alios in gazam ut interficerent iohannem. Sed percurrentes quidam in gazam nuntiauerunt iohanni que facta fuerant. Et ipse festinauit occupare iherusalem et occidit eos qui venerant eum perdere. Et factus est princeps sacerdotum per preem suum. **Eusebius in chronica**  
 Anno igitur ptholomei euergetis xv. symone pontifice iudeorum interfecto successit ei iohannes filius eius. qui et hircanus annis xxvi. **Comestor.** Hic dictus est hircanus a deuictis hircanis. quem iosephus in tribus commendat in religione sacerdotum. in strenuitate ducatus. et quia vir propheta erat. Hic insecutus est ptholomeum qui patrem eius dolo interfecerat. matremque eius cum duobus puulis tenebat in vinculis et confugerat ad oppidum agon. Obsesso quidem oppido cum iohannes acriter insultabat ptholomeum matrem iohannis et fratres super muros usque ad sanguinis effusionem cedebat. fractusque pietate iohannes ab impugnatione tempabat. matrem tamen clamante ne per se sineret scelus ptholomei inultum. Morte

enim suam sic iudicaret immortalitate meliore. Ob hoc diuicius tracta obsidione septimum venit annus feriatus iudeis. et recessit ab obsidione iohannes. ptholomeus vero matrem eius et fratres occisis confugit ad zenonem philadelphie tyrannum qui totum cognominabat. **Eusebius in chronica. De ultimo regno demetrii et victorijs romanorum ex gal**

**A**nno ptholomei lvi. Cap. lxxxvi.  
